UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Leocadia S. Syrus Eps. S. Gorgonia. 9. Dec.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S. Leocadia S. Syrus Eps.
S. Gorgonia. 9 Dec.

Fuga peccati.

Non eſt vere Chriſtianus, qui non audet in eo ſtatu mori, in quo audet vivere. Hieron

Exaudi nos Deus Salutaris noſter, ut ſicut de B. Leocadiæ V. & M. tuæ (S. Syri Epi: S. Gorgoniæ) feſtiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu, per D N Jeſum &c.

Ora pro defunctis, &

1.S. Leocadia V, Toleti in Hiſpania præſide Daciano crudeliſſimo carcere macerata, auditis tormentis à S. Eulalia &c. MM. toleratis in orationem ſeſe componens, in ea Spiritum immāculatum Deo tradidit circa A. 290.

2. S. Syrus Eps Papienſis in Italia, à S. Petro in eas oras deſtinatus Apoſtolus multis claruit miraculis, quibus & urbem Ticinenſem Chriſto adiunxit, & alios adiungere laborauit, SS. Martyribus Gervaſio & Protaſio ædem ſacram fecit, & illorum reliquijs ad miracula patranda eſt uſus, Iudæus, qui de eius manu Sanctam hoſtiam communicantis ſpecie illuſorie receperat, mirabiliter eſt uſtulatus & detectus.

3. S. Gorgonia B. Gregorij Nazianzeni Soror fuit, & æmula Sanctitatis.